





1736.

1. <sup>9</sup> Carmo, Jacobus: De jurisdictione in legatis  
et in quibus comites praesentibus Statum S. R. P.

Germaniae in comitiis. 2. 3 exempl. 1738 & 1738.

2. Carmo, Jacobus: De libero juris sui usu  
occasione l. 55 ff. d. 7. j.

3. Hering, Matthias Henricus: De eam fortuito  
a depositario praestando, occasione juris statu-  
tarii Hamburgensis.

4. Mantzel, Em. Joh. Frid: De filia nobili usatuae  
Mariae Mecklenburgensi.

5. Mantzel, Em. Joh. Frid: An et quatenus juri Rom.  
computat praerogativa proae veteri jure Germ.  
in decidendis controversiis judicialibus.

1737

1. Becker, Franc. Maurus: Utrum potius in  
voluntate an vero in intellectu vitium sit atheis-  
mus, hinc an et atheismum plus faciat imbecitas

liber intellectus? an vero pravitas voluntatis?

1737

2. Burgmannus, Tractat. Nurem. : De imputatione  
consequentiarum erronearum in foro humano. 3
3. Burgmannus, Tract. Nurem. : Theses philosophicae.
4. Jethardingius, Georgius Christoph. : Dubia quaedam  
vexata corundemque evolutio. 4
5. Hering, Matthias Benard. : De iniuriis actori,  
reo et advocato non imputandis. 5
6. Mantzel, Em. Joh. Frid. : Einleitung des Herren  
Studiorum juris p[ri]den und den Jahr 1737  
eröffnenden . . . pract. Juramentaupten. 6
7. Mantzel, Ernst. Joh. Frid. : De respectu personarum  
in foro criminali. 8

1738

1. Bay, Joannes Fredericus. : De imperabilitate  
studii juris naturalis a studio theologico et juridico. 4

1738

2. Hering Matth. Pseumi: De munere tutelari hanc  
gratis ex jure statutario Hamburgensi . . .
3. Mantzel, Ernst. Joh. Ferd: Ob nach . . . Hexen-Pro-  
cessu entstehen nichten? Programma, quod est  
solemnis doctoralia Christiani Vaindli Wolfpusti  
iurifut.
4. Mantzel, Ern. Joh. Ferd: De limitibus contractus anti-  
arbitrii
5. Mantzel, Ern. Joh. Ferd: De appellatione quae fit  
ante pedem.
6. Mantzel, Ern. Joh. Ferd: De diversitate praescriptionis  
juri gentium et juri civilis
7. Mantzel, Ern. Joh. Ferd: De jurebus singularibus  
in Megapoli
8. Mantzel, Ern. Joh. Ferd: De limitibus justitiae, aequi-  
tatis, juri aggravandi et arbitrii judicis.
9. Mantzel, Ern. Joh. Ferd: De eo, quod praeceptum juris est,  
circa homines proprios in Megapoli

1738

10. Mantzeli, Im. Joh. Frid: De juvenia Mecklenburgica.
11. Mantzel, Im. Joh. Frid: De sequitate judaeis in  
criminiisibus
12. Schmidtius, Johannes Petrus: De jure atque limitibus  
inviolabilitatis legis hostiles.

na 6  
in

bl. 90








INSTITUTIONE IN AUSTRIALIS  
FORUM  
JURISDICTIONE IN  
LEGATOS FORUMQUE  
COMITES,  
STATUM S. J. R. GERMA-  
NIAE IN COMITIBUS.

FRANCO CARMON,



8 D

D

JU  
ER

ST

P 179

D

JCTO  
DUIC  
DU

Da.P

IN U

AM

ROST



8

1737 2.

ד ש ט  
DE

IMPVTATIONE CONSEQVEN-  
TIARVM ERRONEARVM IN  
FORO HVMANO

BREVI DISQVIRIT

AC

AD DISPVTATIONES

QVAS

QVATVOR IUVENES PRAECLARE DOCTI  
IPSIVS SVB PRAESIDIO

CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE  
PVBLICE DEFENDENT

BENEVOLE AVDIENDAS

OMNES OMNIVM ORDINVM LITTERARVM FAVTORES  
ATQVE CVLTORES

EA QVA FIERI POTEST HVMANITATE  
INVITAT

M. IOACHIMVS HENRICVS BV<sup>R</sup>GMANNVS  
ROSTOCHIENSIS.

---

ROSTOCHII,  
OPERIS ADLERIANIS.



DE  
REVOLUTIONE CONSTITUTIONE  
TITULI  
TITULI  
AD  
CONSTITUTIONE  
REPUBLICAE  
M. JOACHIMVS  
OTRIS





## BENEVOLE LECTOR!



**A** est, benevole lector, ingenii hu-  
mani indoles, ut veritatem ubiuis a prio-  
ri, ac philosophi loqui solent, adsequi ne-  
queat: confugiendum hinc ei ad conse-  
quentias, ut alias iam non memorem caus-  
sas, id requirentes. quae, licet tam sint  
aperia, tam sint in promptu, ut disputa-  
tione non indigeant, quouis tamen tem-  
pore exstiterunt, quibus modus disputandi per consequentias, si non  
iniusta plane, durior tamen visa fuit ac ad tegendas calumniatorum  
artes adcommodata nimis. enim vero dissimulari nequit, iniquos  
nunquam defuisse censores, qui sectae studio, odio privato, praeiu-  
dicatisque opinionibus ducti, viros innocentes fideique spectatae, in  
doctrinarum periculorum suspicionem, consequentiarum ope ad-  
ducere laborarint, illustre, si quid aliud, huius rei documentum

A 2

ex

ex iis, quae VIRGILIO, episcopo salisburgensi, antipodes defen-  
denti, perferenda fuerunt, repetere licet. Wie man, ita hac de  
re commentatur illustris WOLFFIVS, noch nicht in Schulen ler-  
nete, daß es dergleichen Leute (Gegen-Füßner) gäbe; so  
meinete man auch, diejenigen giengen zu weit, und wä-  
ren der Religion zuwider, welche dieses behaupteten;  
denn da man keinen rechten Begriff von der Schwere  
und von dem Stande eines Körpers auf den Erdboden  
hatte; so bildte man sich ein, die Leute hingen den Kopf  
unter sich, und müßten sich wider ihre Schwere an den  
Erdboden erhalten. Mit einem Wort, man stellte sich  
vor, als wenn es eben so viel wäre, als wenn sie mit den  
Füßen an der Decke stehen solten, und den Kopf unter  
sich halten. Weil wir nun dergleichen nicht vermögend  
sind zu thun, so hielt man sie für andre Menschen, als wir  
sind. Und daraus zog man die consequentien, sie kämen  
nicht von Adam her, wären also auch in ihm nicht gefal-  
len, folgender von Christo nicht erlöset worden, und also  
sey Christus nicht ein Heyland aller Menschen. Also müs-  
ste derjenige die allgemeine Gnade Gottes leugnen, der  
Leute zugab, welche uns die Küsse lehrten, ja man gab  
ihm ferner Schuld, daß er deswegen Gott zum Ueber-  
ber der Sünden machte, und was dergleichen mehr war.  
Diejenigen, welche annahmen, sie wären so wohl gefal-  
len, als die von Adam herkämen, gaben den Vertheidig-  
ern der antipodum gar Schuld, sie stuwirren, daß zwey  
Christi und also zwey Söhne Gottes wären, und wären  
dennoch einer empfindlichen Ketzerrey schuldig. vid Die  
Nachricht von seinen eigenen Schrifften Cap. IV. §. 42.  
quod, quantumvis lubentes concedamus, neque tamen & hoc dis-  
fiteri potest quispiam; quem ad modum hic ipse abusus legiti-  
mum non tollit vsum; ita ex hoc ipso abusu commodum quod-  
dam ad rem redundasse literariam. nostro saltem aevo, quod con-  
troueriarum fuit feracissimum, haec recepta quibusdam per con-  
sequen-

sequentias peruerse disputandi ratio, aliis, quos veritatis studium in nullius iurare verba docuerat, occasionem dedit, in valorem argumentationis per consequentias curatius inquirendi. rationalis doctrina inde exulta magis est, nouae inuentae sunt veritates, discrimen inter consequentias iustas atque iniustas adcuratius constitutum, ac denique, quousque ii, qui principia adstruunt, ad defendendas conclusiones reneantur, multo cum studio effectum est. de THEOLOGIS, qui hoc argumentum pridem tractarunt, iam commentari non licet; ex nostri aevi philosophis WOLFFIUS. HOLLMANNVS REVSCHIVS. CARPOVIVS BAVMEISTERVS mihi celebrandi essent praecipue; horum enim industriae argumentum illud scientiae logicae, quod ianui, res publica litteraria debet maxime: verum quum posterius nostri, si qui futuri sint, vel nullo excitati monitore, virorum doctissimorum veneraturi sint merita, ipsa commentatiuncula tantum testabor, quantum illorum adiutus fuerim opera. nimirum ea, quae a viris celeberrimis scienter ac commode dicta sunt, reperam, exemplis hinc inde adiectis illustrabo, atque obseruationibus nouis, si modo sunt, cui enim omnes volere libros datum est? adaugebo: sequemur igitur, vt verbis CICERONIS paullulum immutatis, vtar, hoc quidem tempore & in hac quaestione; potissimum viros laudatos, non tamen vt interpretes, sed, vt solemus, e fonte eorum, iudicio arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus.

HIS ita praestructis ad rem ipsam adcedimus, pro virium modulo disquisituri; quousque consequentiae erroneae imputari possint? vt, ad quod mens nostra redeat, eo intelligatur facilius, praemonendum ducimus, non de quavis, quod & ipsa paginarum inscriptio docet, imputatione nobis sermonem esse, sed de ea tantum, quae in foro humano locum habet. non sine ratione his limitibus quaestionem a nobis circumscriptam esse, opinamur. certi sumus, omnem consequentiam erroneam, hoc est, quae coniungenda disiungit, ac disiungenda coniungit, a DEO & in iudicio diuino homini imputari posse. omnis enim, quicunque demum sit, qui talem admittit hypothesein, ex qua erronea consequuntur, ipso facto

se filium corruptum ADAMI, lapsi, profiteretur; proinde, quum causa consequentiae erroneae, lapsus ipse, homini imputari possit: quod nuperime adhuc commonstravit CARPOVIVS; etiam consequentia erronea, effectus lapsus, debet posse imputari. verum, quum, quoties de imputatione consequentiarum erroneousarum disquirunt philosophi, non tam ad imputationem diuinam, quam humanam respicere soleant, nec ibi semper imputatio humana locum habeat, ubi diuina; & nos quoque iam tantum explicaturi sumus, quo usque consequentiae erroneae in foro humano imputari possint? quod, ut rite praestare queamus, principio, quid consequentia, tum, quid consequentia erronea, denique, quid imputatio sit? efficiemus, atque iis expositis cautiones necessarias, quae tum vltro se offerent, adnectemus.

§. I. CONSEQUENTIAE vocabulum ambiguum est. mox nexum denotat, qui inter antecedens, ex quo aliquid infertur, & consequens, quod ex eo infertur, intercedit. mox ipsam illam thesiam, quae ex alia priori legitime deducitur. nobis posteriori sensu sumitur, ac hoc nomine ea venit conclusio, quae ex principiis, antea positis, modo concludendi legitimo deriuatur. tria ergo nostro sensu ad omnem consequentiam requiruntur: principia, ante posita; conclusio; modus concludendi legitimus.

§. II. PER experientiam illud constat, nos toties, quoties consequentias nestimus, vel duo tantum inter se conferre principia, vel plura, oritur hinc quaedam consequentiarum diuisio. consequentia, quae ex duobus tantum infertur principiis, dicitur *immediata*, quae ex pluribus, *mediata*. aliam definitionem tradit el. CARPOVIVS de imputatione facti proprii & alieni §. 177.

EXEMPLIS, ut haec illustrem, non ab re prorsus alienum iudico, consequentiam immediatam formaret, qui ex eo, si quis actionem cum WOLFIO dixisset mutationem, cuius ratio est in mutato, concluderet; ergo aut actio hoc sensu de DEO praedicari non potest, aut DEVS est mutabilis; conf. el. HAGEN de methodo mathematica cap. IV. §. 22. p. 157. consequentiis autem mediatis pugnare deberet,



deberet, qui influxum physicum ARISTOTELIS, negationem immortalitatis animae inferre defendere sustineret; conf. WOLFFIVS Praef. metaph. Germ. & CARPOV. in Der nöthigen Antwort S. 17.

§. III. ATQVE de his consequentiis mediatis, quas vltimo loco memoravi, duo praeter ea obseruanda sunt. principio hoc, quod consequentiae mediatae gradus admittant. quum enim consequentiae mediatae ex pluribus inferantur principiis (§. II.); iam vero, quod experientia docet, haec plura principia vel possunt esse bene multa, vel pauciora tantum; relinquuntur, consequentias mediatas vel magis vel minus posse esse mediatas, hoc est, admittere gradus (per def.). quumque consequentias magis mediatas, liceat dicere consequentias *compositae-mediatas*, minus mediatas *simpliciter-mediatas*, patet, dari consequentias *compositae-mediatas*, & *simpliciter-mediatas*.

§. IV. DEINDE & hoc probe tenendum est, quod, quum per experientiam constet, eo difficilius perspici nexum veritatis, quo plura adsunt principia, ex quibus diiudicandus est; iam vero consequentiae mediatae ex pluribus principiis, eisque vel bene multis, vel paucioribus tantum inferantur; difficilius sit perspicere nexum veritatis  $\alpha$ ) in consequentiis mediatis, quam in mediatis (§. II.)  $\beta$ ) in consequentiis *compositae-mediatis*, quam *simpliciter-mediatis* (§. III.)

§. V. CONCLUSIO, quae ex prioribus legitime inferatur, coniungenda coniungens, & disiungenda disiungens, dicitur consequentia vera; conclusio, quae ex prioribus legitime inferatur quidem, at coniungenda disiungit, & disiungenda coniungit, dicitur consequentia erronea.

§. VI. IMPVTARE alicui aliquid dicimus, quando eum pro auctore facti aut rei cuiusdam declaramus, im, vt ad reddendam rationem teneatur. est proinde imputatio talis declaratio pro auctore facti aut rei, vt is, qui pro auctore facti aut rei declaratur, ad reddendam rationem teneatur. vbicumque ergo imputatio locum habere debet, ibi, praeter reliqua, etiam adit  $\alpha$ ) factum, sive res quaedam;  $\beta$ ) auctoris facti sive rei declaratio.

PLVRA

PLVRA de imputatione non addo, quum haec ad demonstrationem propositionum de consequentiarum errorum imputatione sufficiant; vltiorem vero declarationem qui desiderat, is adeat PVFFENDORFFIVM *de I. N. & G. libr. I. Cap. IX. §. VI. §§.* CHRISTOPH. GVILIELM. LOEBERVUM *de imputatione actionum ex ebrietate (Ienae 1714.) Cap. III. p. 9 §§.* ac, qui nuperrime hanc doctrinam scienter explicauit, CL. CARP@VIVM *de imputatione facti proprii & alieni.*

§. VII. AD omnem imputationem requiritur declaratio auctoris facti (§. VI.) quum iam vero iniquum sit, 1) declarare velle aliquem pro auctore facti, qui non est; 2) declarare velle aliquem pro auctore facti, qui per circumstantias physicas factum vel omittere non potuit, vel peragere non debuit; quem ad modum alibi demonstratur: pater, imputationem locum non habere, vbi quis 1) auctor facti non est; vbi 2) factum per circumstantias physicas vel omittere non potuit, vel peragere non debuit.

§. VIII. ATQVE ex his, quae hactenus dicta sunt, facili negotio constitui poterit, quousque consequentiae erroneae in foro humano imputari possint? vt ordine progrediamur, regulis quibusdam, quae dicenda supersunt, includemus. sit ergo regula prima generalis: *quando consequentia erronea debet imputari posse, tunc necesse est, vt adsit consequentia erronea (§. VI.)*

§. IX. QUANDO consequentia erronea debet imputari posse, tunc necesse est, vt adsit consequentia erronea, (§. VIII.) iam vero ad id, vt adsit consequentia erronea, requiritur *a*) vt retineantur principia, antea posita, (§. I. V.); *β*) vt ex iis legitime inferatur (ibid.); ergo quoties consequentia erronea debet imputari posse, requiritur *a*) vt retineantur principia, antea posita; *β*) vt ex iis legitime inferatur. ex aduerso, quoties proinde vel principia, antea posita, non retinentur, vel illegitime inferuntur, imputatio consequentiae erroneae est iniusta.

§. X. QVOTIES consequentia erronea debet imputari posse, principia, antea posita, debent retineri (§. IX. *a*) iam vero, quum quoties

quoties vel *a*) verba extra contextum rapio, hoc est, omitto verba antecedentia & subsequenta, ex quibus verus verborum, quae adduco, sensus peti posset, adeo, ut verba adducta iam longe quid aliud significent, quam ex mente scribentis significare debebant; vel *β*) sensu meo, non auctoris, interpretor; vel *γ*) mutilo; vel *δ*) quaedam addo; toties principia, antea posita, non retineantur, quod ex notione identitatis intelligitur: patet, toties consequentiam erroneam imputari non posse, quoties *a*) verba extra contextum rapio; *β*) sensu meo, non auctoris interpretor; *γ*) mutilo; *δ*) quaedam addo.

§. XI. LICEAT iam singulas recitatas cautiones exemplis oppositis illustrare. nostro aevo, quod nemini est obscurum, frequentes videntur contentiones, hinc ea suppetunt largissime. neglectus cautionis primae DOM. D. IOACHIMVM LANGIVM eo perduxit, ut integrum systema illustris WOLFFII ex idealismo & materialismo constatum esse, defendere susceperit. quam parum iusta haec sit inculatio, ab aliis dudum euitum est. mihi id adnotasse sufficit, nunquam DOM. D. LANGIVM eo vsque progressurum fuisse, si nostram sequi voluisset regulam. verba enim WOLFFII, ex quibus consequentias necit LANGIVS, non de integro systemate id constentur, sed de adfertionibus quibusdam. quibus dogma de harmonia praestabilita innitur; aut vero hoc nec systema WOLFFII integrum constituit, nec in reliquis doctrinas influit.

§ XII. SECVNDA regula (§. X.) hoc requirit, ut verba sensu auctoris, non nostro, interpretentur. quam necessaria haec sit caurela, vel inde patet, quod, nisi ea teneatur, vel artheus ille professus, BENEDICTVS SPINOZA in probatae fidei virum, plus quam ovidiana metamorphosi, mutari queat. *neque enim negandum, ac recte illustris HEINECCIUS element. philos. ration. §. 190. not.\** commentatur, *quamvis BENEDICTVS SPINOZA quaedam de atrebutis DEI non male dixisse videatur, ea tamen aliter omnino adspicienda esse, ac si a Christianis prolata essent, patribus ecclesiae*

primitivae vocem *corpus* idem denotare, quod substantiam, & *ceffatum*, quod castitatem, iam ab aliis obseruatum legere memini; atq; nec obscure est, quantopere suo sensu haec vocabula explicantes, illud HOBRESIVS, hoc pontificii, dictis patrum abutantur. CL. BREITHAVPTIVM argumentum illud a priori pro existentia DEI, suo, non philosophorum, eo ventionum, sensu, exponere, alibi comprobavi. sed aliud adhuc adde exemplum, idque luculentissimum. scripserat illustris WOLFFIVS, comprobaturus, DEVM esse ens ab anima nostra diuersum, *metaph. germ.* §. 491. : die vorstellende Krafft, darinnen das Wesen und die Natur der Seelen besthet, richtet sich nach dem Stande eines Körpers in der Welt, und denen daher sich ereignenden Veränderungen in den Gliedmassen der Sinnen, und hat also den Grund ihrer Vorstellungen mit auffer sich, nemlich in der Welt. Und demnach ist die Seele dependent von der Welt. Da nun aber das selbständige Wesen von allen Dingen independent ist, so kan die Seele nicht ein selbständig Wesen seyn, und dergestalt ist das selbständige Wesen auch von unsrer Seele unterschieden. WOLFFII sensu das selbständig Wesen idem est, quod ens independent, quem admodum ipse contextus docet; sed en! suo sensu haec interpretatur CL. ANDREAS BERGIUS, atque germanicum selbständig Wesen latine effert per substantiam, tumque WOLFFIO imputat, quod animam substantiam esse neget; *comment. philos. nouum systematis philosophici schema recludentis* §. XXV. p. 43. : iure hinc censuram expertus celeb. CAROLI GVNTHERI LVDOVICI im *Entwurf einer vollständigen Historie der Wolffischen Philosophie* p. m. 129.

§. XIII. TERTIA regula (§. X.) id exigit, vt a mutilatione verborum abstinemus, si imputatio consequentiae debeat esse iusta. iudicari hinc potest, non satis procedere eam argumentationem, qua D. IOACHIMVS LANGIVS ex verbis quibusdam

dam WOLFFII, quae *comment. lucul.* §. 7. p. 16. leguntur, euin-  
 ere studet, fatum spinozianum, quod recte fatuum adpellat, a  
 WOLFFIO doceri. nam verba WOLFFII, quod inspectio do-  
 cet, haud integre recitat, sed omisis iis, quae mentem WOLF-  
 FII genuinam satis vindicarent, reliqua tantum adducit, alienum  
 sensum, quia absunt, quae ea explicant, facilius admittentia. conf.  
 LANGIVS ipse in den Fragen aus der Mechanischen Mo-  
 tal no. 167. c. & CARPOVIVS in der ausführlichen Erläu-  
 terung §. 263.

§. XIV. VLTIMA denique regula (§. X.) id non permit-  
 tit, vt verbis alterius quaedam addamus, & tum erroneam thesin,  
 quae ex iis fonte consequeretur, imputemus. hoc dum requi-  
 ro, quilibet facile intelligit, talia tantum excludi adsumenda, quae  
 sensum alienum inferunt, non, quae sensum verum illustrent &  
 confirmant. nam haec addere non tantum licet, sed & vtile in-  
 eerdum maximo est. hinc est, quod b. LVTHERVS verbis il-  
 lustribus PAVLLINIS in epistola ad ROMANOS vocem *allein*  
 in sua versione adiecerit, ac tum contra papaeos strenue dispu-  
 taverit; quod recte a se factum esse, peculiari epistola *vom Doll-  
 merschen* satis comprobavit. ast verba, sensum auctoris peruen-  
 tentia, procul abesse debent: alias enim consequentia iusta erit  
 nunquam. confirmant hinc nonnulli, quasdam adulationes  
 LANGII WOLFFIVM non ferire, quum eas superstruxerit ver-  
 bis WOLFFII quidem, ast commentario quodam, WOLFFII  
 menti adversante, illustratis. exemplis id comprobavit CARPO-  
 VIVS in der nöhrigen Antwort §. 191. 209. & in der aus-  
 führlicher Erläuter. §. 139. 150.

§. XV. EX his quoque diiudicari potest, quo modo con-  
 sequentia erronea iuste possit imputari, si verba quidem alterius  
 integra retineantur, at vero propositio quaedam coadsumatur,  
 quam alter nullibi suam fecit, atque ope huius demum conse-  
 quentia quaedam erronea inferatur. primum, ad quod tum  
 respicere debemus, hoc est, vt thesis, quam coadsumimus, sit ve-



ra, nisi enim vera, ratio falsitatis consequentiae potest esse in thesi coadsumta, non vero necessario esse debet in altera thesi, cui adiungitur. deinde, quum per hypothesein alter thesin coadsumtam nullibi suam fecerit; iam vero tamen prius imputari non possit, quam euictum fuerit, eum thesin adgnosceret: (alias enim pro principio eius venditari nequit, si hoc vero non est, non potest imputari (§. 6. 8.);) per demonstrationem eo deducendus est, ut thesin coadsumtam pro sua adgnoscat, neque tamen semper huc usque descendendum est, sed interdum supponere licet, alterum thesin, quam coadsumimus, adgnosceret, fieri hoc maxime potest his in casibus, si adsertionis coadsumtae defensionem 1) religio, quam profiteretur 2) status civilis, in quo degit, 3) decorum ac boni mores, qui vigent, requirant. confer tamen CARPOVIVM de imputatione facti proprii & alieni §. 158. 2. 4.

§. XVI. VSVS huius obseruationis quam latissime patet, quod, si opus esset, variis adductis exemplis confirmarem. iam vnicum tantum breuitatis causa adiungam. improbatur in WOLFFIO, quod statuat, DEVM ex mundis possibilibus optimum eligere debuisse. nuper vir quidam doctissimus his inter alia ratiociniis hanc opinionem oppugnauit: Nach der Wolffischen Philosophie, inquit, ist GOTT an einen einzigen Vorwurf gebunden, dieweil man vorgiebt, daß solcher allein der beste sey, wie man hingegen die übrigen für unvollkommen hält; nach der andern Meynung gesehen man hingegen dem höchsten Schöpffer zu, daß seiner Weisheit unendliche Vorwürffe, die möglich sind, überlassen sind, wie er sie nach seinem höchsten und unumschränckten Gefallen bilden, setzen und ordnen will. Nach der ersten Meynung will man GOTT selber und seine Weisheit, eben, wie seine Creaturen, an gewisse unveränderliche Gesetze binden; nach der letzten behält  
hingee

hingegen die göttliche Weisheit in allen ihren Werken ihre schönste Ordnung, allein mit dem Bedinge, daß sie sich ihre Freyheit und Gewalt über ihre eigne Werke vorbehält. Ist nicht das letzte weit rühmlicher von einem so weisen und vollentkommenen GOtt zu gedens. *¶* **Eten**, wie das erste *de re ipsa meum non est disceptare. THEOLOGIS eam committo obseruo tamen virum doctissimum uti propositione coadsumta, quae haec est: quicumque adferit, DEVM vnico tantum (sed optimo) modo operari posse. is obsecurat gloriam DEI. hanc admitturum fore WOLFFIVM, valde dubito. adeoque & consequentiam, quae inde deducitur, ipsi exprobrari posse. non frustra me hoc suspicatum fuisse, docet nuperum IOANNIS GVSTAVI REINBECKII scriptum, quod hanc gerit inscriptionem: *Beantwortung der Einwürffe, welche ihm in einer ohnlängst herausgekommnen Schrift: Abhandlung von der Unschuld GOttes bey der Zulassung des Bösen genannt, sind gemacht worden. Berlini ao. 1736. conf. §. 8-15.**

§. XVII. **QVOTIES** consequentia erronea debet imputari posse, ex principiis, antea positis, legitime debet inferri (§. IX.) **β** legitima illatio ex principiis antea positis, nititur regulis logicis, quae formam syllogismi dirigunt (*per primo log.*). ergo, quoties consequentia debet imputari posse, illatio secundum regulas logicas, quae formam syllogismi dirigunt, semper est in situenda.

§. XVIII. **NEQVE** tamen haec omnia sufficiunt, sed aliae adhuc superflunt cautela, aequae diligenter obseruandae, si imputatio consequentiae erroneae debeat esse iusta. quantumvis enim consequentia erronea adsit, quod per regulas, haecenus explicatas, obinetur; non statim tamen imputari potest. nimirum, quum omne, quod debet imputari, illi, cui debet imputari, etiam debeat esse possibile, (§. VII.); iam vero interdum cuidam impossibile



bile sit, euitare consequentiam erroneam; patet, hoc in casu, consequentiam erroneam, quamuis adsit, imputari non posse.

VERITATEM adferri iam dudum adnouerunt eruditi. neque enim ex alio fonte quam hoc deriuata est celebris illa distinctio inter atheismum auctoris & doctrinae. praeclare CL. IO. FRID. SCHMIDIUS, de imputatione atheismi exponens: *in primis*, inquit, *autem distinguendum censemus inter atheismum auctoris & doctrinae: illum enim fouet, qui in mente reuera sibi persuadet, non esse DEVM; hic vero ex scriptis alicuius per bonam consequentiam, uti loquuntur, colligitur. Hos autem atheismi statim aduersare, iniquum est. Multi enim vel propter inconsiderantiam, vel ob nimiam doctrinae suae amorem, suspecta, ipsi nescii tradunt principia, quae, si admonentur, respuunt, vel saltem, se longe meliora de DEO sentire, sermone pariter ac vita testantur; disp. de crimine atheismi eiusque poema ciuili Altorf. 1727. Cap. I. §. VIII. p. 11.*

§. XIX. QUIDQUID nullo possumus praeuidere modo, illud euitare non possumus (*per exp.*). quoties ergo quis consequentiam erroneam nullo potest praeuidere modo, toties euitare non potest. consequentia erronea, quae euitari non potest, imputari non potest (§. XVIII.); ergo consequentia erronea, quae praeuideri non potest, imputari non potest.

§. XX. CONSEQUENTIA erronea, quae praeuideri non potest, imputari non potest (§. XIX.); iam vero 1) tenuitas ingenii interdum, maxime in consequentis compositae - mediatis (§. III. IV.) 2) abruptum atque breue ad meditandum relictum tempus efficiunt, ut quis erroneam non possit praeuidere consequentiam, quod experientia quauis comprobatur die; ergo his in casibus erronea consequentia, quamuis adsit, imputari non potest. non tamen hinc culpa vacant, qui aut adfectatam ingenii tenuitatem, aut breue sibi relictum tempus pessimis erroribus, studioque efficitis admoniti praetendunt.

§. XXI.



§. XXI. ILLI, de quo certus sum, quod consequentiam erroneam non potuerit praevidere, consequentiam erroneam, quamvis adsit, imputare nequeo (§. XIX.) ponas iam casum, ex principiis cuiusdam, antea positis, consequi adsertionem erroneam, quae, aliis eiusdem viri principiis, antea positis, & veris, aut, quod maius est, toti systemati contradicat, tum omnino certus es, eum consequentiam illam praevidere non potuisse, *non enim probabile est*, ita ex vero praecipit illustris HEINECCIUS *elem. philos. rat. §. CXCVII. not. \**, *quidquam dicturum scripturumue hominem ideo, ut sermo vel scriptura effectum non habeat.* ergo tum, quando consequentia erronea principiis, antea positis, veris, vel toti systemati contradicit, imputari non potest ex aduerso, si consequentia adsit, ac auctorem eam praevidisse ex ipsis eius verbis aut aliis circumstantiis certus sim, ea etiam omnino poterit imputari.

SED his diutius inhaerere paginarum angustia non permittit; adcipe proinde iam paucis, beneuole lector, consilii rationes. occasionem haec commentandi mihi praebuerunt iuuenes quatuor eximiae indolis egregiaeque spei. hi, qui priuatis exercitiis disputatoriis, meo quoque qualicumque sub ductu, haecenus strenue vacarunt, ut iam publicam cum ipsis adirem cathedram, a me efflagitarunt. tam laudabili, tam honesto petito quo minus aduerem, obstabat nihil, promittebam ergo me comitem. ut vero esset, de quo differeremus, illi ipsi miscellae chartae committebant positiones, quarum defensione alii, alii oppugnatione animi dotes explicare possent; easque, impetrato prius consensu amplissimi ordinis philosophici, ac spectabilis DOMINI DECANI, viri aetate & meritis grauis, typis excubari curabant. de his iam in auditorio publico diebus mercurii & saturni hora secunda pomeridiana ad quartam sedulo conferent, qui eas conscripserunt; quos, ut nosceas, hic insignitos deprehendes. sunt vero,

CAROLVS

CAROLVS LEOPOLDVS de SCHEREWIEN, L. L. Cultor.  
 IOACHIMVS HENRICVS ZANDERVS, S. S. TH. Cultor.  
 IOANNES IACOBVS QVISTORPIVS, S. S. TH. Cultor.  
 BERNHARDVS FRIDERICVS QVISTORPIVS, S. S. TH. Cultor.

*71 Febr. 1717*

initium suum exercitia haecce die ~~XXVI~~ IANVARIJ sument. habes iam, benevole lector, quid concernat: superest, ut quosuis litterarum FAVTORES atque CVLTORES humanissimis ad eam precibus, velint indicta die, aut alia quavis, qua negotiorum id permiserit ratio, sua nobis praesentia animum addere, atque, quod fieri solet, si arbitri intersunt prudentes, ad maiora quaevis excitare. haec summa est votorum. ita & eos & te, benevole lector, valere iubeo. scribebam die VIII. IANVARIJ

ANNO MDCCXXXVII.



Rostock, Diss., 1736-38

ULB Halle 3  
003 627 101




VD18

7  
5b.







B.I.G.

Farbkarte #13

8  
1737 2.

כ ט ש  
DE

E CONSEQUEN-  
TARUM IN  
HUMANO

DISQVIRIT,

AC

VTATIONES

QVAS

S PRAECLARE DOCTI

VB PRAESIDIO

MO PHILOSOPHORVM ORDINE

DEFENDENT

E AVDIENDAS

VM LITTERARVM FAVTORES

E CVLTORES

POTEST HVMANITATE

VITAT

NRICVS BVRGMANNVS

ROCHIENSIS.

TOCHII,  
ADLERIANIS.